



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. D. Antonini Diana Panormitani, Cler. Reg. & S. Officij  
in Regno Sicil. Consultoris, Practicæ Resolutiones  
Lectissimorum Casuum**

**Diana, Antonino**

**Antverpiæ, 1645**

H

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41753**

2 Et si aliquis cum aduertentiâ comedat vsque ad vomitum, non est peccatum mortale gulæ, sed solum veniale. Iq. Henric p. 5. tr. 13. ref. 40.

## H

## HÆRES.

- 1 **H**æres ab intestato non tenetur quidquam dare hæredi instituto in testamento minùs solemnî, nec soluere legata facta in tali testamento, dummodò non sint facta ad pias causas. quia illud testamentum iure humano est nullum. Vasq. & alij 14. Quamuis contrarium æquè probabiliter doceat Molin. & alij 11. & secundùm hos potest fieri tacita compensatio, si aliter legatum impetrare non possunt. p. 1. tr. 8. ref. 75 & p. 5. tr. 3. ref. 119.
- 2 Testator potest quemuis extraneum instituere hæredem, nulla facta mentione consanguineorum collateralium, modò absit scandalum, & grauis necessitas consanguineorum: nullo enim iure id facere prohibetur. Syluester & alij 4. p. 1. tr. 8. ref. 85.
- 3 Parentes peccant mortaliter grauando



do legitimam filiorum gratuitis donationibus, vel minuendo onerosis, sed fictis, contractibus: possunt tamen remuneratoriis donationibus, aut veris contractibus onerosis illam minuerere. Fernandez & alij 4. *ibid* ref. 84.

4 Parentes possunt aliquid plus vni filio relinquere quàm aliis, modò reliqui non priuentur legitimâ portione. Bonacin. & alij 6. Caueant tamen parentes ne ex odio faciant inæqualem distributionem; si verò ex inordinato amore erga aliquem id fecerint, non propterea peccant mortaliter, cum nō faciant contra iustitiam. *ibid*. ref. 83.

5 Qui sine vi & fraude curauit aliquod testamentum iam factum mutari, & alium hæredem institui, vel aliquid sibi, vel amicis relinquere, vel etiam se hæredem institui non tenetur ad restitutionem, etsi id faciat ex odio erga alterum. *p. 3 1r. 6. ref 33.*

6 Si quis vi & fraude impediatur, ne nepos ex filio spurio instituat hæres ab auo, tenetur ad restitutionem; neque enim hic est incapax hæreditatis. Vasquez & alij 10. Qui autem precibus, blâditiis & muneribus impedit, ne quis hæres instituat, non tenetur ad restitutionem.



stitutionem. Lessius & alij 6. *ibid.*

7 Si pater aliquem instituat hæredem rogans eum vt hæreditatem restituat filio spurio, potest is accipere. & spurius poterit eam accipere: quòd si promitteret patri vel expressè, vel tacite se id facturum, peccaret mortaliter sicut & testator sic disponendo; quia leges id grauitè vetant: imò promissio est nulla, quia contra leges, possetque hæreditatem sibi retinere: potest tamen si velit spurio tradere, quia etsi in illo casu bona addicantur fisco, id non obligat ante sententiam. Becan. & alij. Tenetur tamen pater filio spurio alimenta præstare secundùm dignitatem status, quamuis enim ius ciuile id non permittat, at correctum est per canonicum. Sanch. & alij. Imò & dotem tenetur dare pater, quamuis sit clericus, nõ obstante constitutione Pij V. Sanch. & alij 3. Contrarium tamen est probabile. Molin. & Fagund p. 5. tr. 3. ref. 121. & 131. & p. 6. tr. 7. ref. 28.

Vide Testamentum.

### *Hæreticus.*

IN hæresi non datur materia parua. Sanch. & alij 5. nisi fortè diceretur solum



solùm aliquod leue verbum sapiens hæresim. Sayr. & Leone. *p. 5. tr. 5. ref. 28.*

2 Qui profert hæresim externam, vt incurrat excomm. debet illam ita proferre, vt secundùm quantitatem operis externi, & non solâ relatione ad consensum internum, sit peccatum mortale. Quare debet manifestari per tale signum, vt si quis esset tunc præsens, posset ex eo cognoscere illum esse lapsum in talem hæresim. Granad. & Henriq. *p. 4. tr. 4. ref. 240.* sed quamuis sit occultissima, ita vt nemo prorsus sciat præter ipsum, erit tamen excommunicatus. Suar. & alij 3. & improbable est quod contra asserit Croulers. *p. 6. tr. 6. ref. 51.*

3 Qui errat in rebus fidei ex ignorantia non solùm crassâ & supinâ, sed etiâ affectatâ, non est hæreticus. Suarez, Vasq. & alij 10. Quod si talis ignorans est homo rudis, quamuis moneatur etiam ab Episcopo, vel Inquisitoribus de suo errore, si pergat nihilominus iudicare suam opinionem non esse contrariam Rom. Ecclesiæ, non est verus hæreticus in foro interno, defectu pertinaciæ: in foro tamen externo hæreticus censendus est, & vt talis damnandus. Suar. & alij 3. *p. 4. tr. 7. ref. 36.*

4 Qui



4 Qui negat conclusionem Theologicam, quæ euidenter infertur ex propositione de fide, non est hæreticus in foro interno; sed præsumitur in externo; & vt talis est puniendus. Suar. & alij *ibid* tr. 8 ref. 79.

5 Dubius in fide non est censendus hæreticus; quia hæresis est error fidei contrarius, seu assensus contra fidem; at qui est dubius neutri assentitur pariter. Sanchez & alij 5. p. 2. tr. 16 ref. 51.

6 Qui vi, metu, fraude, aut alio modo inter infideles exterius fidem negauit, corde tamen illam retinens, peccat quidem grauissimè contra externam fidei professionem, non tamen est hæreticus, nec incurrit excomm. & potest à quocumque Confessario approbato absolui: in foro tamen externo iudicabitur excommunicatus. Suar. & alij 5. p. 3. tr. 4. ref. 143.

7 Hæreticorum filij sunt inhabiles ad officia publica, vt sũt Magistratus, Pætoriatuſ, Notariatus, &c. Suar. Item quæ ad beneficia Ecclesiastica, & collatio illis facta est irrita. Imo etiam ad pensiones. Sanchez & alij 6. Et quidem etſi filij nati ſint ante hæreſim parentum. (Barboſa & alij) vel etſi parente

tra



traditi brachio sæculari, mortui sine  
pœnitentes (Suarez & alij 9.) Imò si fi-  
lij sint Clerici, priuantur beneficiis et-  
iam obtentis, postquam parentes in  
hæresim lapsi erant, non autem posses-  
sis ante illorù hæresim. Suar. & alij 10.  
Nullas tamen pœnas ex statutis contra  
filios hæreticorum incurrunt ij, qui  
hæresim parentum sponte reuelant, etsi  
ipsi essent nati post parentum hære-  
sim. Armilla. & alij 6. p. 4. tr. 8. ref. 73. 74.  
75. 76.

8 Non potest quis legere libros prohi-  
bitos etsi nullum ipsi inde esset pericu-  
lum: quia non ille solus est finis Ecce-  
się prohibentis, sed etiam id facit in  
odium, & pœnam Auctoris. Unde pro-  
hibentur omnes libri Hæreticorum, etsi  
hæresim non contineant. Sanctarel. p. 6.  
tr. 6. ref. 49.

9 Qui legit librum Hæretici de reli-  
gione tractantem, etsi non contineat  
hæresim, incidit in excomm. Bullæ cœ-  
næ. Suar. & alij 3. nec audiendi sunt qui  
contra sentiunt. Sayr. & alij 2. p. 6. tr. 6.  
ref. 55. Quod si non tractet de religione  
ex professo, vel si legat librum auctoris  
Catholici cum scholiis, & commenta-  
riis hæreticorum, licet copiosis, non  
videt



videtur incidere in excomm. Bullæ Cœnæ. Soufa & alij 2. et si contrariū probabilius: Suarez & alij 4. Neque qui audit legentem librum hæreticum: audire enim nō est legere. Sanch. & alij 4. Sed non est recedendum à contrariā sententiā Suar. & aliorum 7. Ita & non incurrere qui legit, retinet, imprimi epistolam alicuius hæretici, aut Concionem, in qua heresim doceat, aut aliam chartam solutam, nec in formam tractatus redactam, docet Sanchez & alij 4. Sed contrarię sententię est infensendum. Non tamen qui legit librum hæreticum in Galliã, Angliã, aut alibi, ubi Bulla Cœnæ non est recepta. Sanch. Neque si qui Latinę linguę rudis, aut illius idiomatis, quo liber hæreticus cōscriptus est, illum legat Suarez & alij 2. Neque qui libros hæreticos comburunt propriã auctoritate, nec Inquisitoribus tradunt; quia dum illos comburunt, non retinent. Suarez & alij. Neque qui retinent librum hæreticum per vnum vel duos dies, quia est materia parua Sanchez & alij 4. p. 1. tr. 11. res. 31. 32. 33. 34. 35. 36. & 37. & p. 5. tr. 5. res. 43.

10 Prohibitus est liber totus et si vnicum solum errorem contineat; nec suffi



sufficit hunc esse deletum, nisi id factum esset auctoritate publicâ. Imò etsi plures essent tomi, dum simul sunt compacti, omnes sunt prohibiti, si vel vnus errorem contineat, non tamen si separatim compingantur. Fagund. p. 6. tr. 6. resol. 55.

11 In lectione librorum hæreticorum paruitas materiæ extendi potest ad integram paginam in folio. Sanchez & alij 4. etsi alij communius id negent cum Suarez, & ad paucas lineas restringant. Vnde nimis latè Croufers extendit ad tantam partem libri, quæ per se sumpta possit libri nomine censerî. p. 3. tr. 5. res. 42. & p. 1. tr. 11. res. 30. & p. 6. tract. 6. res. 55.

11 Probabile est Generales Regularium posse subditis suis concedere licentiam legendi libros quosuis prohibitos, non obstante Bullâ Greg. XV. & Urbani VIII. Peyrin. & Lezzan p. 5 tr. 13 fol. 49.

13 Hæreticus iam iamque comburendus, tametsi ante mortem non fateatur publicè veritatem, potest absolui: neque vllum inde existit scandalum, cum nemo nesciat solere reos crimen negare, quod tamen plerumque sacramentaliter Sacerdoti confitentur. Hur-



rad. & Portel part. 1. tract. 5. res. 8. & 19.  
 rr. 3. res. 78.

*Homicidium.*

1 **I**niustus inuasor cum moderamine  
 inculpatae tutelae potest occidi, et  
 iam si posses fugere, quando fuga est in-  
 decora. Hurtad. Imò quamuis inuasor  
 esset persona publica, & reipub. neces-  
 saria, nonnulli negant peccari etiam  
 contra caritatem (Rodriq. & alij 2.) aut  
 quamuis inuasus fuerit in culpa cur  
 inuaderetur, v.g. committendo adul-  
 terium cum vxore alterius. Molin. & alij  
 6. Quae vera sunt non solum pro de-  
 fensione vitae, sed etiam honoris, pu-  
 dicitiae, vel bonorum externorum quan-  
 do sunt alicuius momenti. (Molin. &  
 alij 15.) Sed non censetur ad hoc suffi-  
 ciens res valens vno, vel duobus aureis,  
 quamuis hoc doceat Molina & alij 3.  
 Ebrium tamen, vel amentem numquam  
 licet occidere quando potes fugere; hoc  
 enim non est probrosum. Malder. Imò  
 nec filius patrem, vel auum, aut frater  
 minor maiorem; quia talis fuga adscri-  
 bitur pietati, non timiditati. Hurtad. p. 5.  
 rr. 4. res. 1. 2. 3. 9. 36. & 17.

2. Idem licet pro defensione bonorum,  
 vel



vel pudicitia proximi, nisi ille consentiat, pro vitæ verò eiusdem defensione etiam debitum erit quando est persona vel necessaria reipublicæ, vel valde coniuncta, ut pater, mater, filius, vxor, vel frater. Malder. & alij. Sicut etiam inuasus quando est persona multum utilis reipub. tenetur sub mortali inuasorem occidere, si possit, pro sui defensione. Molin. & alij 3 *ibid. res.* 19. 36. 20 & 14.

3 Ob contumeliam non licet alterum occidere etsi illa aliter depelli non possit; unde neque si viro honorato dicatur *mentiris*, etsi hoc esset probrosum. (Less. & alij 5.) quamuis nonnulli contrarium doceant (Baldel. & alij 3.) liceret tamen quando aggressor vellet turpem, vel alapam impingere viro honorato: (Hurtad. & alij 15.) & in omnibus casibus quibus licet occidere, potest intendi mors aggressoris. Molin. & alij 5 *ibid. res.* 12. 13. 4. & 16.

4 Si non possis per iudicem recuperare rem tuam furto sublatam, potes ingredi locum vbi illa deposita est, eamq; tibi vindicare, & si alter impediat, vim vi repellere. Lessius & alij 2. *ibid. res.* 37.

5 Quamuis minantem mortem non liceat occidere (Malderus) potes tamen



præuenire qui te decreuit interficere quando aliter non euades aut mortem aut graue eius periculum. Molin. vnde & herum qui famulo mandat te occidere, & maritum quem vxor scit venenum, aut gladium parasse. Bannez & alij 3. *ib. d. res. 10. 5 & 6.*

6 Miles certò sciens bellum esse iniustum, potest tamen occidere militem contrariæ partis à quo inuaditur, quando ipse cessauit ab impugnando, & fugit, & alterum monuit vt desistat ab impetendo. Azor. & Soto. *ibid. res. 15.*

7 Potest proponi præmium occidentis bannitum etiam proditoriè, & ex insidiis. Molin. & alij 2. imò & extra territorium proponentis tunc posse occidi docent Graff. & alij 2. non potest tamè in simili casu filius occidere patrem. Bonacin. & alij *ibid. res. 25. & 24.*

8 Vt vitam tuam defendas ab aggressore, potes interficere etiam innocentem vel interpositum inter te, & aggressorem, vel in viâ iacentem quando aliter te seruare non potes. Less. & alij. Similiter innocens potest ad petitionem tyranni urbem aliàs euersuri tradi ab eo occidendus, & si contumaciter resistat potest ab ipsâ etiam rep. occidi.

Baq.



Bannez & alij. Obsides etiam videntur posse occidi quando hostes fidem frangunt. Azor. *ibid. ref. 34. 23. & 35.*

9 Quando salus totius corporis id exigat, vnde cumque id proueniat, potes membrum quoduis tibi amputare, atque adeo etiam si tyrannus aliam minetur tibi mortem, Malder. & alij 3. Quando tamen in præcisione membri essent graues cruciatus, vt in depositione tibiæ, non potes ad hoc obligari quauis religiosus esses. Sotus & alij 4. *ib. ref. 32. & p. 6. tr. 8. ref. 36.*

10 Homicidium sui fieri potest ex inuincibili ignorantia. Molin. & alij 5. Vnde non est neganda Ecclesiastica sepultura puellæ, quæ ad seruandam pudicitiam seipsam occidit: quia præsumi debet ex tali ignorantia fecisse. Sed non possunt nauæ à pyratis Turcis oppugnati, pulueri tormentario ignem iniicere, & se mari committere. licet contrarium doceat Less. & alij 6. *p. 5. tr. 4. ref. 30. & 26. & p. 6. tract. 7. resol. 47. & 48.*

11 Probabile est posse aliquem vitam suam exponere pro amici vitâ seruandâ. (Sotus & alij 3.) vnde in naufragio poterit quis dimittere tabulam, quâ al-



ter euadat, et si ipse sit submergens, (Victor. & alij 4.) imò idem licet pro defensione honoris, vel bonorum amici. Sotus. p. 5. ref. 28. 42. & 29.

12. Damnatus ad mortem per inedia potest abstinere à cibo clā oblato (Lessius & alij 5.) sed non potest haurire venenum qui ad illud damnatus esse posse tamen aperire os, ut venenum infundatur docet Lessius. Sicut neque potest se è scala præcipitare quando carnifex collo laqueum apposuit. Syll. ibid ref. 41. 39 & 40.

13. Non tenetur ex homicidio restituere 1. qui occidit alterum pro defensione bonorum et si facile potuisset ea recuperare per iudicem. Caietan. & alij 2. 2. qui occidit inuasorem cum fine notâ potuisset fugere, quamuis Clericus sit; quia tunc solum peccauit contra caritatem. Less. & alij. 3. adulter qui cum moderamine inculpatae tutelæ occidit maritum adulteræ inuasorem. Lessius & Megal. 4. qui metu mortis indicauit aliquem qui iniuste petebatur ad necem. Rodrig. 5. nobiles, & diuites videntur renuntiasse iuri restitutionis ex homicidio; nã solâ iniuriam memoriam retinent. Sanch. & alij 6. 6. Quando



do homicida capite damnatus est, hæredes eius cōsentur acquiescere illā pœnā talionis, saltē dum amplius non exigunt. Bannez & alij 7.7. qui defendendo se occidit alterū excedens moderamen inculpatæ tutelæ nō tenetur ad totū damnum, sed solūm pro ratione excessus. Comitol. & alij 2.8. qui aduertit ex suo homicidio damnū tertio obuenturum, v.g. vt Petrus accusetur homicidij patrati, & condemnetur, nihil huic tenetur restituere: quia cū illud damnum per accidens inde sequatur, non tenebatur ex iustitiā illud cauere. Sanch. & Less. 9 si mancipium, vel animal aliquod damnum intulerit, dominus non tenetur id compēsare, neque leges aliud statuentes obligant ante sententiam. Lessius & alij 2. *ib. ref.* 45. 48. 49. 47. 63. 61. 60. 44. 51. & 52.

14 Qui alteri homicidium iniustum persuasit, & postea seriō consilium reuocauit, si nihilominus homicidium perpetretur, non incurrit in excomm. neque in irregularitatem, neque etiam probabiliter obligatur ad restitutionem; quia fecit quod potuit, vt prius consilium euerteret, ac proinde non videtur executor ipsius consilio fuisse



impulsus, sed potius suâ malitiâ. Lay.  
& alij. p. 3. tr. 5. ref. 83. & p. 5. tr. 4. ref. 64.

15 Quando homicida restituit hæredibus quæ occisus fuisset lucraturus, nihil tenetur restituere eius creditoribus. Less. & alij 5. p. 5. tr. 4. ref. 57.

16 Quando occisus omnia condonavit homicidæ ad nihil amplius obligatur, etiam filiis occisi. Bānez & alij 3. Titulo verò alimentorū nō tenetur restituere nisi parentibus occisi, filiis, vel vxoris quòd si hæc æquè commodè potest nubere, nihil ei debetur. Less. & Pillius. Imò si parentes, & vxor non egeant alimentis, nec filij necessariis ad vitam, non deberi aliquid ante iudicis sententiam docet Tanner. multò minùs debet aliquid restitui iis quos occisus alebat ex liberalitate, aut quibus benefaciebat, quamuis consanguinei eius sint. Molin. & alij 6. *ibid.* ref. 58, 59. & 56.

17 Qui prouocatus, vel ex condicto ad pugnam descendit, non tenetur ad restitutionē damni ob vulnus, aut mortem illatam: quia prouocans quantum in se erat, in id consensit. Secus est de eo qui alterum prouocauit. Lessius & alij 2. p. 3. tr. 6. ref. 53. & p. 5. tr. 4. ref. 50.

18 Qui vulnerauit opificem, tenetur ad



ad impensas in chirurgum faciendas, & ad æstimationem operarum, quibus caruit quamdiu ex illo vulnere fuit inutilis ad opificium exercendum: potest tamẽ deduci æstimatio molestiæ, quam in opificio habiturus erat. Molin. & alij 2. Idem est si talem occiderit, quamvis non teneatur totum lucrum compensare, cum lucrum in spe non tanti valeat, quanti in re: quare id taxari debet iuxta æstimationem annorum quibus putabatur superviviturus. D. Thom. & alij. Sed pro cicatricis deformitate, imò ipsius vitæ iacturâ, nulla pecuniæ compensatio facienda est ante Iudicis sententiam. Vasq. & alij 15. p. 3. tract. 6. ref. 53 & p. 5 tr. 4. ref. 53. & 54.

19 Restitutio pro homicidio non debet necessariò fieri per Missas, vel pœces. Layman & alij 4. etsi deceat Confessarium talia imponere pro occiso. p. 5. tr. 4. ref. 55.

*Horæ canonica.*

**Q**ui recitat officium animo non satisfaciendi pro tunc, si postea pertæsus mutet intentionem, & velit satisfacere illâ recitatione, satisfacit obligationi: quia qui facit quod lex imperat



perat etiam sine intentione satisfacendi legi, verè satisfacit. Vasq. & alij. *p. 2. tr. 12. ref. 37.*

2 Beneficiarius voluntariè recitans officium sine debitâ attentione, non tenetur ad restitutionem fructuum: quia hæc pœna imposita est omittentibus recitationem officij. Malder. & alij. 8. quamvis communiter DD. contrarium doceant. *ibid ref. 1.*

3 Recitans horas canonicas cum voluntariâ distractione, satisfacit præcepto Ecclesiæ. Idemque est de Missâ sine attentione auditâ, modò non desit externa reuerentia. Coninc & alij 12. sed communis sententia est contraria. Imò probabiliter satisfacit præcepto, qui legit horas animo nõ satisfaciendi præcepto. Vasq. & alij 5. *ibid ref. 2. & part. 3. tr. 6. ref. 68. & p. 4. tr. 4. ref. 107.*

4 Qui privatim Officium recitat, satis esse si vocem formet labia mouendo, etiam si à nemine, neque à seipso audiri possit, docet Azor. & alij 3. Quod pro scrupulosis est admittendum, non tamen pro aliis: nam si vox debet esse articulata, debet esse audibilis; ergo minimum audiri debet ab ipso recitante, seclusis impedimentis extrinsecis.

Suar.



Suar. & alij 2. Cùm autem duo simul recitant, non est necesse, ut ambo dicant antiphonas, ut fit in choro, neque etiam ut alternis dicant lectiones, sed potest unus omnes legere Villalob.

*p. 2. tr. 12. ref. 11. & 12 & p. 6. tr. 6. ref. 10.*

5 Moniales, & deputati ad chorum, tenentur sub peccato mortali persolvere horas canonicas, ex vi consuetudinis, etiam privatim dum à choro absunt. Suarez & alij 11. Nihilominus de hac consuetudine, saltem obligante sub mortali, multi dubitant. Caiet. & alij 6 & eam negat Bordon. *part. 6 tr. 8.*

*ref. 12 & p. 2. tr. 12. ref. 17.*

6 Monachus fugitiuus, aut eiectus è monasterio, non tenetur recitare officium; quia non est in statu in quo obligetur. Bonacin. sicut neque Clerici, & Religiosi damnati ad triremes. Sanch. & alij 3 *p. 2. tr. 12. ref. 18. & 40.*

7 Clerici minores, tenentur recitare psalmos ab Episcopo in ordinatione iniunctos. Suarez & alij 4. alij tamen putant tantùm obligari ex honestate, non autem sub peccato mortali. Sotus & Valent. Quare non potest Episcopus illis imponere aliquid quotidie recitandum. Filliuc. & alij. *ibid. ref. 20.*

8 Qui



8 Qui ordinatur Subdiaconus, tūc tenetur recitare horas à tempore ordinationis, v. g. si ordinatus est hora xi. tenetur ad summum recitare senā, & reliquas horas. Castro P. & alij 3. Imò si manente susceptionem Ordinis officium recitasset, probabiliter non teneretur illud repetere. Trullench. *est* hoc affirmet Bonacin. Idem est de emittente professionem. p. 4. tr. 4. ref. 28. & p. 6. tr. 7. ref. 38.

9 Qui recepit beneficium inualidè, siue ob Simoniam, vel quia est irregularis, vel aliā de causā, non tenetur ad recitandas horas; quia non habet verū titulum beneficij. Quòd si tamen hic postea peteret revalidationem beneficij, & compositionem pro fructibus deberet exprimere se non recitasse horas, vel teneretur ob illam causam iterum componere de fructibus. Sanchez p. 4. tr. 4. ref. 146.

10 Qui habet ad eò tenue beneficium, ut non excedat 16. aureos, non tenetur ad horas. Sanchez & Less. *ibid.* Imò nisi excedat 20. Ledesm. Requirit autem Malder. ut sufficiat ad tertiam partem mediocris sustentationis. p. 2. tr. 12. ref. 9. & p. 5. tr. 5. ref. 25.



11 Beneficiarius non tenetur ad horas canonicas ante pacificam beneficij possessionē. Suarez & alij 7. p. 2. tr. 12. ref. 21.

12 Coadiutoria in beneficio cum futurâ successione, & assignatione alicuius portionis pro congruâ, non obligat ad horas ; quia non est beneficium. Suar. & alij 4. p. 5. tr. 13. ref. 75.

13 Qui Matutinum diuidit à Laudibus debet in fine illius dicere orationē diei (Gauant. & alij 3.) etsi id neget Sâchez. Illa autē diuisio non dicit interruptionem officij, vnde priuatim fieri potest sine causâ. Bonart. p. 5. tr. 14. ref. 48.

14 Quamuis interruptio inter recitandum sit notabilis, & sine iustâ causâ ; non est mortale, non repetere ab initio. Quia hæ circumstantiæ non pertinent ad substantiam præcepti. Lessius & alij 5. p. 2. tr. 12. ref. 4. Similiter qui ex voto, vel pœnitentiâ tenetur recitare coronam B. Virginis, satisfacit, etsi cū magnâ, nec necessariâ, interruptione id præstet. Sanchez. p. 4. tr. 4. ref. 17.

15 Qui deditâ opera mutat officium, vt si pro officio de feriâ dicat de aliquo Sancto, non peccat mortaliter. Quia hoc non pertinet ad substantiam recitationis officij, sed tantùm ad modum.



dum. Lessius & alij 13. p. 2. tr. 12. ref. 16. Quando chorus est impeditus, etiam ob frigus hiemale, si officium canatur in sacristiâ, satisficit obligationi, etiam si illa non esset planè coniuncta cum Ecclesiâ. Castrop. & Bonacin. p. 6. tr. 8. ref. 13.

17 Qui recitant officium etiam in choro extra horas præscriptas, si scandalum absit, non peccant mortaliter. (Layman & alij 3.) Nec qui recitant Matutinum sequentis diei, ante officium illius diei persolutum. Suarez & alij 3. Nec qui ordine præpostero recitat officium, aut partem illius. Quia ordo non est de substantiâ recitationis. Bonacin. & alij 4. part 2. tract. 12. ref. 14. 15 & 16.

18 Ab horâ quartâ post meridiem licet dicere Matutinum sequentis diei. Filliuc. Imò & ab horâ tertiâ. Henric. & alij 2. etsi hoc alij non probent. *ibid.* ref. 39. Quòd si quis legeret horâ secundâ, satisficeret præcepto, nec peccaret mortaliter, etiam si nondum legisset vespere eiusdem diei. Iusta autem causa est, & quæ ab omni culpâ excuset, si scholasticus horas differat in tempus vespertinum, quia matutinum studiis aptius



aptius est. Sanchez. *part. 4. tract. 4. ref. 9.*

19 Qui non potest ratione infirmitatis, puta febris, recitare horas tempore debito, v.g. vesperas post meridiem, & alias horas ante meridiem, probabile est, nō teneri præuenire, vel vesperi omnes legere. Canus & alij 3. *ibid. ref. 10.*

20 Qui recitat cum alio habente privilegium vtendi Breuiario breui, vel dicendi horas ante tempus, satisfacit. Henriq. & Portel *p. 2. tr. 12. ref. 35.*

21 Qui est impotens solus recitare horas, non tenetur recitare cum socio. (Sancius) saltem quando non est solitus cum socio legere. (Lessius.) Sed quamuis teneretur, non tamen obligaretur socium ad hoc pretio conducere, etiam beneficiarius (Bonart.) consulendum est tamen vt faciant *p. 4. tr. 4. ref. 221.*

22 Qui dubitat an psalmum aliquem, vel horam omiserit, non tenetur repetere, si probabilem habet coniecturam se dixisse, vtpote quia propositum attendendi habuit, & horas se incepisse meminit, & librum tenuisse. Homobon *ibid. tr. 3. ref. 68.*

23 In recitatione officij, notabilis abscessio syllabarum, vel nimia celeritas in

Canen.



canendo, est peccatum veniale tantum, neque obligat ad officium denuotandum, nisi adsit contemptus, scandalum, aut notabilis corruptio verborum. Filius & alij 3 p. 2. tr. 12. ref. 24 Qui omittit omnes horas canonicas unius diei, unum tantum peccatum committit. Quia septem horarum unum efficiunt officium. Suarez & alij 14. ibid. ref. 5. Idemque est de voluntate intermissione omittendi omnes horas, etiam diverso tempore habitam: quia etsi plures sint volitiones, continuantur in externa omissione, quae unicum peccatum est. Bonart. p. 4. tr. 4. ref. 219.

25 Qui breviorum Horarum dimidiam partem omittit (Reginald. & alij 4.) maiorum vero Horarum, ut Martini, Laudum, Vesperarum quartam partem, censetur peccare mortaliter. (Ragucius) etsi alij excusent à mortali, si saltem unus psalmus ex brevioribus Horis dicatur, ita ut non omittatur tota. Bonart. Generatim vero Suar. & alij 2. ad mortale requirunt, ut alicuius Horae omittatur pars tanta, quae aequivaleat minimae horae. Etsi Marchin. etiam unius integre parvae horae omissionem, neget ad mortale sufficere, eo quod



quòd sit materia parua respectu totius officij. *p. 6. tr. 6. res. 6. ibid. res. 216. & p. 2. tr. 12. res. 41.*

26 Sacerdos beneficiarius omittens horas, non peccat dupliciter ratione Ordinis sacri, & beneficij: quia vnicam violat virtutem, nempe religionem. *Salas & alij 3. p. 2. tr. 12. res. 22.*

27 Omissio minor quàm vnus Horæ integræ, non obligat ad restitutionem, licet peccaret mortaliter; vt si quis omitteret Laudes Filliuc. & Bonart. etiam si fructus omissæ parti respondentes essent notabilis quantitatis. *Filliuc. & Bonart. Qui verò ex singulis aliquid omisit, non tenetur, quia lex pro singulis horis restitutionem definit. Bonacin. & alij ibid. res. 26. & p. 4. tr. 4. res. 120. & p. 5. tr. 5. res. 54 & tr. 14. res. 46. & 47.*

28 Omissionem officij per octo, vel decem dies in anno, non obligare ad restitutionem, affirmat la Cruz & Io. Henriq. sed an probabiliter, alij iudicent; & videtur contra expressam intentionem Ecclesiæ in Bullâ Pij V. *p. 2. tr. 12. res. 34. & p. 5. tr. 5. res. 24.*

29 Beneficiarius non recitans Officium primis sex mensibus, non tenetur iure naturali ad restitutionem. *Lessius*



& alij 6. quia obligatio recitandi horas, non est ex iustitiâ commutativa, sed ex religione. *p. 2. tr. 12. ref. 25.*

30 Qui habet beneficium curatum, aut simplex, si per multos annos sæpiùs omisit horas canonicas, nõ tenetur restituere nisi partem fructuum respondentem obligationi recitandi horas. Lessius & alij 11. *ibid. ref. 8.*

31 Beneficiarius, qui hodie supplet hesternum defectũ in recitatione officij, non liberatur ab onere restitutionis, quia ex Bullâ Pij V. qui non recitat suo tempore, non facit fructus suos. Henr. et si id affirmant Molfes. & Bonacin. *ibid. ref. 24.*

32 Restitutio ex omissione horarum facienda est fabricæ beneficij, vel agris meliorandis, vel pauperibus, vel defunctis, per Missas, & suffragia. Filliuc. & alij *ibid. ref. 27.*

33 Qui occupatur pulsandis organis, thure præbendo, &c. dum horæ canuntur in choro, non tenetur recitare ea quæ tunc à choro dicuntur, et si ipse ea non audierit. Layman & alij 7. Idem est, si quis ut benè pronuntiet lectionem in choro iniunctam, occupatur in eâ prælegenda, dum chorum  
ali



alia canit. La Torre. *ibid. ref. 13.*

34 Prælati Regulares grauioribus occupationibus non impediti, tenentur adesse choro, ad exemplum. La Torre. *ibid. ref. 38.*

35 Surdus tenetur recitare horas, sed non cum socio, etsi aliter non possit. Bonart. *p. 5 tr. 6. ref. 15.* Cæcus verò, vel Breuiario carens, qui memoriter nouit psalmos, non autem lectiones Matutini, vel Orationem, & Capitula, non tenetur solos psalmos recitare: quia soli psalmi non faciunt Horas. Filliuc. & alij 4. Idem dicendum, etsi sciret memoriter lectiones, vel capitula alterius officij: quia nemo tenetur dicere aliud Officium, nisi Officium currentis diei. Et consequenter qui haberet solum Diurnale, non teneretur recitare solos psalmos sine lectionibus, & responsorijs: quia etsi hæc sint minor pars Matutini, sunt tamen maximè principalis. Sancius. *p. 2. tr. 12. ref. 30. & 43.* Sed hoc intellige de Officio nouem Lectionum, non de officio trium, in quo defectus illarum videtur paruus. Sanch. *p. 4. tr. 4. ref. 225.*

36 Quando medicus dubitat an recitatio officij nocitura sit eggio, nõ tenetur.



tur recitare. Bonacin. & Castrop. Item, cui non licet per morbum maiorem partem Officij recitare, ad nihil tenetur; imò qui non potest Matutinum cum Laudibus: quia etsi non sit pars maior officij, est tamen prima, & præcipua. Castrop. & alij 2. *ibid. ref. 225. & p. 2. tr. 12. ref. 28. & 29.*

37. Potest Superior ex iustâ causâ cum suis Religiosis dispensare circa recitationem officij. Less. & alij 2. Item posse, ex priuilegio Clementis VII. concessio clericis S. Syluestri de Vrbe, occupatis prædicatione verbi Dei, audientiâ confessionum, vel etiam studio S. Theologiæ, assignare sex aut septem psalmos, cum septem *Pater noster*, vt bis symbolum Apost. vt ea recitent loco horarum canonicarum, tradit Rodriq. Non potest tamen Prælatus quidquam mutare in Breuiario, absque licentiâ Papæ: quamuis possit ex iustâ causâ dispensare semel atque iterùm, vt aliud officium dicatur, quàm quod habetur in Breuiario pro illo die. Suarez & alij 6. *p. 2. tr. 12. ref. 19. & 36.*

38. Qui non interest choro, vel processionibus in diebus Rogationum, non tenetur priuatim recitare Litanias.

Vasq.



Vasq. & alij 3. *ibid. ref. 42.* Sed contrariū est tutius & verius. Suarez & alij 5. p. 4. *tr. 4. ref. 226.*

39 Officium Defunctorum die 2. Nouembris dicendum, obligat sub mortali. Suarez & alij 24. *ibid. ref. 243.*

I

IEIUNIUM.

1 **S**exagenarij, licet robusti & vegeti, excusantur à ieiunio. Imò nonnulli DD. illos excusant à ieiuniis, quæ uouerunt certis diebus anni in totū vitæ tempus. Sanchez. Quæ vera sunt, etsi annus 60. tantū esset inchoatus; (Sancius & Nald.) quia in fauorabilibus annus inceptus habetur pro completo. *p. 1. tr. 9. ref. 20 & p. 5 tr. 14. ref. 83.*

2 Licet ministrare carnes pueris ante septennium expletum, in diebus ieiunii; quia nullis legibus obstringuntur. (Sanchez & alij 6.) etsi tunc doli capaces sint. (Sancius) etsi alij hoc negent (Villalob.) Item licet eas ministrare Paganis, qui nullâ lege Ecclesiasticâ obligantur. Nec non perpetuò amentibus. Sanchez & alij. *p. 1. tr. 9. ref. 42.*

T 3

3 Nemo